N° 40 del plech 8 de Montoribi

Nouerint Universi quod nos Guillermus Sunyer ciuis Gerundae et Seraphinus Sunyer eius filius
gratis et ex certa sciencia confitemur et recognoscimus vobis Rdae Abbatissae et conuentui monialium
monasterii sancti Daniel ordinis sancti Benedicti extra et prope muros Gerundae absentibus
et pro vobis Rdo Bartolomeo Burgues uicario collegiatae Ecclesiae Sti Felicis Gerundae pro
curatori et oeconomo dicti conuentus quoniam absenti et tenenti pro dicto conuentu ad directum dominium
totum illum campum terrae situm in plano de Montoribi continentem quatuor vel quatuor terrae parum
plus vel minus sive affrontatur ab oriente in honore honoris Celidonii ~~valentis~~ comes mercatoris
amendie in honore pupillae almara ab occidente in honore honoris Raphaelis cerda
mediante camino per quem itur ad domum dei Aragay et a uentro in honore magri Michaelis
de Razet. Item alium campum terrae situm in plano de Montoribi continentem in se sex ver
sanas terrae parum plus vel minus et affrontatur ab oriente parti in honore vro et partim in
honore dei bui de Palau et amendie in honore honoris Michaelis moler mercatoris ab occi
dente in honore dicte pupillae almara mediante camino per quem ~~[illegible]~~ itur ad domum dei Aragay
de Palau et a uentro in honore pupilli amati qui fuit dei bauul guinau mercatoris et parti
in honore bernardi castello scribae majoris curiae regiae Gerundae, et pertinent ad me praedicta
titulo excambiamenti et permutationis instrumento inter nos et Raphaelem cerda mercatorem
Gerundae facti penes notarium infrascriptum die undecima mensis martii proxime lapsi. Pro quibus
petiis terrae superius nominatis facimus et praestamus ac facere et praestare promittimus vobis
et ipsis annis singulis perpetuo decensu festo sanctorum Petri et Felicis quinque ingenias
frumenti boni et acceptabilis, et ultra Rdo Abbati collegiatae Ecclesiae Sti Felicis Gerundae
decimam alia quinsena et primitiam integriter cui spectat. Omnia vero tertia laudimia
et forisca pia fumae fabricae iuraque emparandi et retinendi et alia omnia et singula
ad directum dominium pertinentia et pertinere debentia inde exeunda et proueniendo
sunt vobis dicto nomine et vestrorum in dicta Abbatiali dignitate successorum. Et sic conuenimus et
promittimus vobis et vestris ac Joanni Michaeli Sauarres notario publico Gerundae infrascripto tanquam
publicae et auctenticae personae hic a nobis legitime nomine vro et vestrorum et omnium etiam aliorum
quorum interest et interesse ac poterit interesse legitime stipulanti et recipienti ac etiam
sponte iuramus in animas nostras per dominum Deum et eius Sta quatuor euangelia a nobis corporali
tacta praedictam confessionem et omnia alia et singula supradicta esse vera eaque rata grata vali
da atque firma semper habere tenere et firmare attendere et complere et nullatenus in aliquo
contra facere vel venire aliqua ratione iure modo vel causa. Et ego dictus Bartolomeus Burgues
procurator dictae Abbatissae et conuentus prout de mea potestate constat instrumento confecto penes notarium
infrascriptum die — his praedictam confessionem et omnia alia et singula supradicta recipiens et
acceptans laudo hic et firmo iuribus tamen dictae conuentus expressis et non expressis in
omnibus et per omnia semper salvis. Actum est hoc Gerundae die secunda mensis aprilis anno a nat
dni millesimo quingentesimo octuagesimo septimo. Sig. Ill.ma Guillermi Sunyer et
Seraphini Sunyer eius filii confitentium Juanti et Bartolomei Burgues acceptantis omnium
praedictorum qui hic laudamus et firmamus. Testes huiusmodi sunt de firma dicti Guillermi Sunyer
Josephus cerda et Petrus mir scriptores Gerundae. Testes vero de firma et acceptatione dicti
Rdi dni Bartolomei Burgues dicto nomine dicto die Gerundae firmantis et acceptantis sunt dictus
mir et Franciscus cudina scriptores Gerundae.

Ego Joannes Michael Sauarres notarius publicus Gerundae Regia auctoritate substitutus a Sua Nobilitate Jacobi
et Campolongo qui publicus Gerundae notario [illegible] Laudi

nº 1332

1037. IV.

T. 264 r 220

Capbreva ció q fa lo sr Guillen Suner y Serafi Suñer á la Rnt Abadessa y convent de St Daniel de varias fincas sitas en Montiribi

9

Nº 40 del plec 8 de Montiribi

1424

Libre 21 p 102

nº 107